Dissertatio inauguralis medico-forensis qua valor et sufficientia signorum infantem recens natum vivum aut mortuum editum arguentium ad dijudicandum infanticidium examinatur ... / [Johann August Süssemilch].

Contributors

Süssemilch, Johann August, 1712-Vater, Abraham, 1684-1751 Universität Wittenberg

Publication/Creation

Vitenbergae : In Officina Schlomachiana, [1735]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/e2zevhss

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICO - FORENSIS
OVA

SIGNORVINA SIGNORVINA

INFANTEM RECENS NATVM
VIVVM AVT MORTVVM EDITVM
ARGVENTIVM
AD DIIVDICANDVM INFANTICIDIVM
EXAMINATVR

PRAESIDE

ABRAHAMO VATERO

PHIL ET MED. DOCT. ANAT. ÉT BOTAN. PROF. PVBL. ORDIN. AC SOCIETAT. IMPER. NATVR. CVRIOS ET REGIAR. LONDIN. ET BEROLIN. SOCIO.

PROMOTORE SVO MAXIME COLENDO SPECIMINIS INAVGVRALIS LOCO

PRO LICENTIA

SVMMOS IN ARTE SALVTARI HONORES AC PRIVILEGIA DOCTORIS OBTINENDI

D. XIX. APRIL. M D CC XXXV. H. L. Q. C.

PLACIDAE DISSENTIENTIVM DISQVISITIONI EXPOSITA

IOHANNE AVGVSTO SÜSSEMILCH

COSVIG. ANHALT. MEDICINAE CANDIDATO.

VITENBERGAE, IN OFFICINA SCHLOMACHIANA.

PARENTI
PRAECEPTORIBVS
FAVTORIBVS
ATQVE

AMICIS.



Q. D. B. V. PROOEMIVM.

of the state of th



Vplex Medici officium, Clinicum atque Forense,
quam arduum sit & intricatum, quantas involvat curas ac sollicitudines, quantaque opus sit
circumspectione, si quis

arraque ita perfungi velit, ne famae arque exi-

stimationis suae jacturam patiatur, illi intelligent, qui rem, ut par est, penitius considerare volunt. De priori, nimirum Clinico, nobis in praesenti res non erit, cum inter omnés constet, effectu; fecundos naturae, adversos vero Medico communiter adferibi, atque imperitum vulgum, & qui eodem non sunt peritiores, haud raro Empiricum ignarum ac in arte curandi talpa coeciorem, ob unam vel alteram curam, casu potius, quam confilio, feliciter evenientem, Medico rationali præferre: Quod vero ad posterius, scilicet Forense attinet, ubi Medicus in casibus intricatis & ancipitibus, in foro occurrentibus, judicium ferre tenetur, cum horum sit insignis diversitas, arque circumstantiarum concurrentium immensa varietas, animus Medici saepius pender, quale judicium ferat, ut evitet, quo minus ignorantiae, negligentiae, aut erroris jure insimulari queat. Negotium in se anceps arque ambiguum, difficilius redditur, distensu Medicorum in diversas partes abeuntium, de quo ipsi JCti conqueruntur. Audiamus hac de re celeberrimum olim hujus atque Halensis Academiae JCtum B. Stryckium. in Programmate M D C X C I. edito differentem : Postquam

in fectus abire Medici, & novis novorum ingeniorum experimentis, vecerum placita erroris accufare coeperunt, eo deventum est bodie, ut non pauci bomicidarum, solis Medicorum subsilitatibus, ab optime merito liberentur supplicio. Vix enim vulnus quoddam, fi unum alterumue excipias, proferri poterit, quod absolute mortiferum ese, universa Medicorum schola asserat. Licet Medicis recentioris aevi jure vitio verti non possit, quod abjecto autoritatis praejudicio, in rebus, quae a veteribus minus accurate examinatae fuerunt, per experimenta meliora edocti, ab eorum doctrina discedant, ac in caufis præprimis languinem humanum concernentibus, omni utantur circumspectione, dissimulari tamen non potest, multos longius, ac par est, in eo procedere. Fatentur hoc ipsi Medici celebriores, quos inter B. Bobnius de Renunc. vulner C. II. p. 21. Notio lethalitatis non eo usque se restringi patitur, ut de nulla plaga ejusdem membri & conditionis. ex qua unum alterumbe aliquando eluctatum, sed omnes interisse novimus, pradicari queat, quin potius ab eo, quod utplurimum contingit, & contingere experimur, cateris paribus argumentari conveniat. Neque enim unum alterumve varissime contingentium A 3 exem --

exemplum, quo bunc aut illum, ex tali vel tali vulnere aliquando convaluisse observamus, aut ab aliis observatum legimus, sufficit, quo minus, que sepissime seu ut plurimum lethales deprebenduntur, plagas in bis, qui bine moriuntur, per se cales appellemus, quatenus profecto res difficillima est de binis duorum subjectorum, quorum unum edasit, alterum occubuit, vulneribus afferere, ambe bacc sibi omnimede, & per cunctas circumstantias similes, seu specie eadem extitisse, & per consequens ejusciem eventus cadem pronunciare. Legi merentur, quae hi duumviri laudati locis citatis hac de materia futius disserverunt. Hand raro enim fingularibus exemplis abutuntur defensores non tantum, sed ipsi quoque Medici, eoque efficiunt, ut rei absolvantur. Quemadmodum cum vulnerum lethalitate, ita cum infanticidio se res habet, ubi signa, infantem vivum editum esse, docentia, incertitudinis & fallaciæ postulantur, arque propterea multæ infanticidæ promeritam poenam aufugiunt. Negari equidem non potest, pleraque horum signorum, ne dicam omnia, ita esse comparata, ut in se ac separatim considerata, quandoque fallere queant, conjunctim tamen sumta, & cum aliis circumstantiis collara. fatis fatis certa funt. Dignum hoc judicavimus argumentum, in præsenti dissertatione, speciminis inauguralis loco proponenda, inquirere, quid quantumque dista signa valeant, ad evincendum, infantem recens narum vivum esse editum, ac in & post partum vixisse, ut tanto certius de infanticidio perpetrato constet. Excitarunt nos ad hoc institutum, casus quidam singulares, in soro nobis obvenientes, ê quibus clarum evadet, sæpius cautelas, in judicio de infanticidio formando, necessarias negligi, male applicari, ac hoc pacto haud paucas infanticidas a supplicio liberari.

Thesis I.

Si ullus in foro existit casus, qui medicis dissi- Judicium de cultatem creat, ille certe est, quando ab ipsis dissicilimum judicium postulatur, de infante recens nato, mor-est. tuo reperto, utrum iste vivus, an vero mortuus in lucem prodierit, ac si illud, an culpa matris aut alias ob circumstantias idem interierit? Questionem hanc, num vivus an mortuus extiterit natus?

tus? inter medico legales olim non relatam fuisse, testatur Bobnius I. c. Append. diff. de infanticid. nec unquam, adactos inquit, á Prætore fuisse Medicos, ut ex cadaveris inspectione, & per hanc observatis, id est, per Argumenta Anatomico - Physica enunciarent, sed negotium per indicia tantum mere legalia, plus minus specialia seu propinqua decisum esse, & mulierem, quæ infantem mortuum se peperisse affirmavit, hoc aut sufficienter probare debuisse, aut si hoc non potuit, in assertione fua nihilominus pertinacius perseverantem, ad veritatis confessionem cogendam, torturæ subjectam esse, gravatam inprimis per hoc, quod graviditatem occultavit & clam peperit. Hodie tamen negotium, ut par est, absque medicis non absolvitur, quia plurium in nato phoenomenorum & circumstantiarum habenda est ratio, quorum examine præmisso, demum judicium ferri debet & poteft.

Thesis II.

Cautelae in lagna hic opus est cautione ac circumspecti-

one, ne Medicus præpostero suo judicio efficiat, ut reæ absolvantur, aut innocentes supplicio, vel faltem tormentis tradantur. Omnes propterea circumstantias in inspectione corpusculi infantis occurrentes, observare, prudenter ponderare, sollicite inter se conferre, ac ex omnibus conjun-Aim consideratis, demum judicium dicere convenit. Quemadmodum enim ex eo, quia partus vivus est editus, nullatenus inferre licet, eundem necessario á matre fuisse interemtum, aut ejus culpa interiisse, quoniam alias etiam ob causas post partum idem exspirare potest: ita etiam exinde, quando ex signis certis constat, eundem non vivum, sed mortuum, prodiisse, concludere non posfumus, matrem penitus infontem, ac ab omni culpa liberam esse. Potuit enim infanti tenello. in utero adhuc degenti, aut in ipso egressu in partus viis hærenti, injuria inferri.

Thesis III.

Informando de infanticidio judicio certi esse de-

Hoc non obstante, præcipuum tamen in judibemus vivusa
cio de infanticidio ferendo momentum in ne an mortuus sit naeo tus?

eo confistit, ut per certa & indubitata figna conset, utrum vivus an mortuus infans sit partu naturali editus? Nullatenus enim hic valet, quod The Saurus in decis. 13. citante clariff. Alberti Jurisprud. Medic. C. IX. dicit, quod partus meretricius præsumi debeat, quod sit mortuus editus, sed potius omnes circumstantiæ partum antecedentes. concomitantes & consequentes, quantum fieri potest, indagandæ & rite pensitandæ sunt, antequam aliquid certi de vita aut morte recens nati pronunciemus. Propterea etiam non negligenda sunt, quæ durante ingravidatione utero gerenti acciderunt, ut tanto firmius judicare queamus. Plures tales cautelas ac quæstiones præliminares. inquirendas proponit laudatus Alberti l. c. S. II. & III. Exempli gratia, an foemina suspecta animo & corpore valde sit debilis? an morbus, aut gravia animi pathemata præcesserint? an violentias inopinatas in abdomine & utero perpessa. sit? an medicamentis suspectis usa sit? & quæ funt plures, quas ibidem legere licet.

Thef. IV.

ac

Thesis IV.

Is præmissis bene observatis, reliqua ex inspe-signajuivi Aione ipsius cadaveris, aut corporis delicti, nati 'petenda petuntur, cujus externus habitus ratione magni-1) ex habitu corporis intudinis, firmitatis, coloris, conformationis, aliarum-fantis exque circumstantiarum, ad judicium formandum, terno. considerari deber. Quemadmodum enim magnitudo ejus debita ac perfectio, quoad omnia organa externa, ejus maturitatem testatur, ita si corpus fimul firmum atque robustum, & succi plenum observatur, eum in utero ad partum usque bene nutritum fuisse, ac valuisse indicat, cum contra teneritas atque flaccities corporis, abortum, aut faltem statum morbosum in utero antecessisse, innuat. Si hoc, multum ad defensionem atque absolutionem inquisitæ facit, istud vero in se fignum valde probabile, cum aliis autem conjun-Rum, sat certum constituit, infantem vi periisse, adeoque illam multum gravat. Funiculus pariter umbilicalis solidus, firmus atque succis turgidus, B 2

ac hæmorrhagia per illum facta, sat certum de vita infantis testimonium exhiber, collapsus autern, flaccidus aut plane corruptus, nisi ob moram inter partum & inspectionem ralis evadar, languorem ejus aut mortem in utero demonstrat. Nec color corpulculi est negligendus, quoniam lividus, variegatus, variisque sugillationibus præditus, item tumores colli, artuumque dislocationes, aut distorsiones vim illaram arguunt, nisi partus admodum difficilis, ac duriores in eo labores in culpa fuerunt, quod ex circumstantiis judicandum, & caute hac de re pronunciandum est. Adstirimus nos ipsi partui foeminæ honestæ laboriosissimo, & vidimus infantem prave fitum, abdomine & umbilico ad exitum tendentem, excreto in utero meconio, a. convulsionibus lethalibus, mortuum tandem prodire, qui in vertice tumorem lividum & fugillatum, pugni magnitudine monstrabar, quem concustioni abdominis in lapsu matris, paucis diebus partum præcedente, adscribebant. Quis igitur ex solis sugillationibus aut tumoribus apparentibus, violentiam adhibitam esse pronunciare veller? Non tamen temere credendum inquifitis, culpam in partum difficilem conjicientibus, quia experientia doceta docer, meretrices tales, absque manibus auxiliatricibus clam parientes, facilius communiter partum
eniti, quia a nemine ad partus labores suscipiendos
præmature urgentur, quæ causa esse solet plurimorum partuum infelicium, sed dolores leviores &
vagos tantisper mussirando, debitum tempus, exspectant.

Thesis V.

Ad sectionem infantis deinceps accedendo, non a Ex section sur sufficir, cadaver infantile obiter & quasi per fratione victransennam aspexisse, sed accurata omnium ejus serum interapartium, ac internorum præprimis viscerum inforumas.

partium, ac internorum præprimis viscerum inforumas.

spectione & persustratione opus est. Quando enim viscera in cavitatibus contenta, colore naturali prædita, ac succi plena & turgida apparent, soetus in utero nutrimento sufficienti non suisse frustratos, innuit, ac sanos suisse docet. Sed quando flaccida, exucca deprehenduntur, eosdem languidos atque morbosos suisse indicat, atque adeo in utero interiisse, probabiliter monstrat. Inprimis adverse la companya de la company

advertendum est, utrum vasa sanguine turgida, an vero exanguia fint, quia fi hoc, hæmorrhagiam per umbilicum factam non tantum confirmant, sed etiam certius indicium praebent, infantem vivum editum fuisse, cum a tali in utero mortuo nulla effusio sanguinis expectari possir. Non enim sola intermissa deligatio funiculi umbilicalis resecti vel violenter abrupti hæmorrhagiam lethalem, in infante factam certo demonstrat, nisi simul consentiat pallor viscerum, inprimis hepatis, ac defectus Sanguinis a medico deponente simul annotatus, quod tamen a multis neglectum iri, aliquot casibus Facultati nostræ ad decidendum propositis, si opus foret, demonstrare possemus. Quippe si funiculus instrumento hebete resecatur, aut violenter abrumpitur, ob lacerationem aut tensionem vasorum umbilicalium, ista crispantur, & non necesfario fanguinem fundunt, inprimis longiori frustulo relicto, aut partu in loco frigido edito. Notatu dignus casus ante plures annos hic obtigir, ubi in suburbio mane infans recens natus fepositus, tenuissimis linteis involutus, aëre frigidiori tempore autumnali existente, vivus inveniebatur, cujus funiculus prope abdomen abruptus

ruptus erat, ut intra illud retractus, a chirurgo ad ligaturam injiciendam, extrahi volsella debuerit, nulla inde facta hæmorrhagia, ut ut per sat longum tempus projectus ibidem jacuerar. Omnes igitur circumstantiæ a Medico secante probe annotari debent, ad judicium tanto sirmius pronunciandum.

Thesis VI.

Inter omnia viscera interna, nullum certius de vi-3) Inspecie expulment, ia infantis in partu & post eundem testimonium fert, quam pulmo, organum respirationis primarium. Quandoquidem enim soetus in utero materno, membranis suis involutus, ac succo amnii undiquaque circumsus aërem externum haurire nequit, neque etiam ob circulum sanguinis specialem, ejusque transitum immediatum per foramen ovale ê dextra ad sinistram auriculam, ae per ductum arteriosum ex arteria pulmonali ad aortam, respiratione opus habet, eamque demum

mum post partum inchoar; inde est, quod infantum in utero mortuorum pulmones substantiæ densioris magisque compactæ, & coloris obscurioris rubicundi, vivorum natorum contra rarioris compagis, & coloris magis rubelli deprehendantur. His fignis accedit experimentum consvetum cum pulmone institutum, quo in vas aqua repletum injicitur, ubi pulmo mortuorum in utero, submergi, vivorum editorum vero, ob vesicularum pulmonalium, respiratione inchoata, expansionem, aquae innatare observatur. Quidam equidem foetum in utero respirare posse, demonstrare allaborarunt, idque vagitu uterino, aut ejulatu infantis in utero observati, probare voluerunt, quæ tamen nullo nituntur fundamento. Quæ enim de vagitu uterino circumferuntur historiæ, fabulis anilibus annumerantur a medicis rationalibus, nullamque merentur fidem. Et quamvis nuper admodum Medicus Helverus, Cappeler, talem in propria uxore se expertum, adeoque avtacuston, quod optavit Lentilius, se profiteatur Medicum in relatione ad Miscell, Physico - Medic. Mathem. Erfurtens. Anno 1729. Mens. August Class. IV. Artic. V. reperiunda, hæc tamen talis non est, ut omnem animo exi-

mat

mat icrupulum, eundem sonum a flatibus potius, quam a foetu excitari posse, & in hoc casu etiam excitatum fuisse, licet idem eundem non tam respirationi, quam- aeri & exhalationibus, in thorace tenelli hospitantibus, adscribat. Historias tamen tales, de foetu eriam extra uterum propendente, arque post ejulatum editum, in uterum regresso, in Mifcell. curios. A. MDCLXX: observ. LXII. & in Scholio adjecto, legere licet.

Thesis VII.

synaments flow building do may want in

a narement unum inpercorie

Experimentum itaque dictum cum pulmone infantis institutum, certissimum & indubitatum, de Experimena respiratione inchoata, ac vita infantis extra uterum, mone fattum fignum præbere videtur, eidem tamen soli, nisi re-quid probet3 de instituatur, & probe cum aliis circumstantiis conferatur, fidendum minime est, ut potius omni cautione opus sit Medico secanti, ne illud obiter instituat, circumstantias poriores negligar, aut starim de vita & morte infantis decidat, Quemadmodum enim extra omnem dubitationis aleam poli-

politum eft, infantem in iplis vils partus hærentem moriendo, aliquid aëris haurire posse, ita etiam experientia evictum est, eundem inprimis: languidum, per aliquot momenta a nativirare, absque respiratione vivere posse, indeque in priori cafu absque matris culpa interire, in posteriori vero, antequam respiret, in ipsis partus viis, aut post egressum, suffocari & trucidari posse. Propterea videndum, an pulmo torus, an vero quead partem tantum, ob unam vel alteram vesiculam in substantia hærentem, aquæ supernatet, & sollicite inquirendum, an putredinis indicia adfint, & quæ aliæ funt conditiones, accurate attendendæ, quæ legi possunt apud scriptores Medicinæ forensis: inprimis in B. Parentis dissert. de infanticid. imputat. fignis. Legi & annotari præterea meretur. casus duplex a Chariff. Dn. Heistero in differt. de fallaci pulmonis infantum experimento, propositus, quorum alter exhiber infantem, per novem integras: horas, imbecilliter & infirme quidem viventem atque vagientem, cujus pulmo, sectione post mortem instituta, extractus, & aquæ impositus, nihilo-secius constanter ad fundum delapsus est; alter vero in utero mortuum, ab Ipfo, aperto prius capite prægrandi, in viis partus hærente, ope instrumentorum extractum, cujus tamen Pulmo nigricans & slaccidus, sicut in foetibus in utero mortuis este soler, aquæ injectus, perpetuo innatavit, quamvis manisesta corruptionis indicia, putredo, soçtor, livor, atque epidermidis discessus, eundem jam aliquod tempus in utero mortuum extitisse, docuerint.

Thesis VIII.

Operæ pretium erit, hanc rem exemplis a no casus singulares a prabis observatis illustrare. Secuimus ante ali-side obserquot annos infantem in via regia inventum, ac vati. quoniam per sat longum tempus ibi sub sole jacuerat, semiputridum, aperto abdomine existente vermibus copiosissimis atque crassissimis repleto, cujus tamen Viscera in thorace contenta, a putredine adhuc libera erant, pulmoque aquæ injectus fundum petebat. Præterito anno etiam in curia hujus civitatis inspeximus infantem exaquis extractum semiputridum, corde atque abdominis plerisque visceribus, cum maxilla inferiori

riori, haud dubie a piscibus devoratis, defitutum? cojus pulmo superstes constanter fundum petite sed levi salrem flitu immiss, aque perpetuo supernatavit, quod JCris, Iudicii Affelforibus, non fine eorum admiratione monstravimus. Addu-Eta hactenus exempla, ab Heistero & a nobis obfervata, fatis superque evincunt, experimentum cum pulmone institutum, quandoque fallere posse, ac propterea eidem soli fidendum non este Nihilo secius tamen illorum institutum approbare non possumus, qui rejectis omnibus circumstantiis ad evincendam vitam infantis conspirantibus, ob unum vel alterum casum, sæpius non accurate adductum aur obscurum, experimentum hoc cum pulmone institutum, sublestæ fidei reddere conantur, atque fallaciæ & incertitudinis illud insimulant, quod tamen sapius a defensoribus, etiam a medicis adjutis fieri, experientia quotidiana te-Ratur. Non nos damnamus curam & diligentiam eorum, in defensione inquisitarum adhibibitam, ubi nihil negligendum, quod ad innocentes: servandos ullo modo facere potest. Sed tamen eorum institutum laudare non possumus, qui frivolis exceptionibus judicium eludere tentant non

tan-

tantum, sed etiam sui voti compores haud raro flunt. Aliquando ad Facultatem nostram mittebarur casus decidendus, ubi in infante non tantum pulmo distentus atque inflatus, vitæ & respirationis factæ, sed etiam cuneus ex gramine compactus, in faucibus hærens, malitiolæ fuffocationis fignum certum, a Medico fecante observatum fuerat. Hoc tamen nihil probare disputabat causæ Patronus, quoniam infans ob defectum aëris aut insbirationis non sit mortuus, cum tamen denegata exspiratio eundem effectum edar, quod Facultas nostra respondebat. Ita ante aliquod tempus foemina liberata fuit a supplicio, quæ quæstioni admovenda, antequam id fieret, confessa est, se infanti vivo ex utero egreffo, os obturaffe, ea intentione, ut idem suffocareror, observasse se eriam addebat, enndem, remota post aliquam moram manu, ad fe rediisse, sed hac denuo admora, primum super totum corpus ob spiritum cohibitum, colore coeruleo superfusum, mox vero pallore, vitæ desientis signum dedisse. Nos etjam observaveramus in sectione, non tantum pulmonem laxum & albicantem aquæ perperuo innatalle, sed etiam vasa cordis ac cerebri, ut in suffocatis con-G 2tingit,

tingit, extreme sanguine turgida. Nihilo tamen secius, posteaquam alia Facultas Medica responderat, infantem suffocatione non periisse, nisi certo constet, matrem obturando os, nares infantis simul compressisse, quod in inquisitione quæsitum non erat, Facultas Juridica istius loci, rem ita decidere non dubitavit, inquifitam juramento se purgare debere, quod nares non fimul comprefferir, quod etiam ista facile præstitit, atque sic poenam promeritam aufugit. Quam male, quam bene hoc factum sit, nostrum non est decernere.

Thesis IX.

tentis canalis alimenterum urinarie & inde effusis.

4) Ex con- andem etiam non negligendum est, in section ne hujusmodi infantis, examen canalis aliatque vesica mentorum, hujusque contentorum, una cum veexcrementis sica urinaria. Quandoquidem enim foetus succo amnii circumfuso, ore hausto, præprimis ultimis mensibus nutritur, hinc præter signa perfectionis ejusdem antea data, videndum, an ventriculus contineat notabilem hujus succi quantitatem, ex

quo

quo judicare licer, foetum ad parrum usque bene: nutritum fuisse, cum contra ventriculus vacuus, nutritio succo destitutus, eundem tempore partus. jam languidum, morbofumque innuat. Idque etiam confirmant excrementa primæ digestionis, in intestinis crassis reperta, horumque quantitas sufficiens, aut defectus. Ita quoque se res habet cum vesica urinaria, in qua lotium colligitur, cujus non: exiguam quantitatem in foetu utero incluso secerni, testantur brutorum gravidorum sectiones, in: quibus membrana peculiaris, Allantois dica, collectioni urinæ per urachum, funiculum umbilicalem transeuntem, dicara reperitur. Hæc quamvis in humano foetu difficillime demonstrari queat; indeque a plerisque exercitatissimis Anatomicis; adhue in dubium vocetur, ab aliis tamen non tantum admittitur, sed criam aliquando inventa traditur, eamque exempla, urinæ per umbilicum exclusæ, confirmare videntur, Vid. differt. N. de Gra: vidit. apparent; in ascitem terminata. Quicquid hujus fit, defectus totalis urinæ in vesica infantis observatus, & cum defectu succi amnii in ventriculo, ac excrementorum alvinorum in inteffinis; conjunctus, defectum nutrimenti ac languorem foetues

foerus in utero indicant. Potest tamen etiam urina æque, ac fæces alvinæ, ob suffocationem infantis agonizantis, a motibus convultivis uti in ftrangularis contingit, exprimi, adeoque figna hæc inter se accurate conferenda sunt, ac circumspecte judicium ferendum.

Thesis X.

non Separan junctim, de tro uterum tamen sem. per attenduntur.

Ix hactenus dictis manifestum esse credimus; ligna ista ex sectione infantum observata, uti tim sed con-seorsim nullum judicium firmum & infallibile, de bita aut mor vita foetus post partum præbent, ita conjunctim te foetus en sumta, sat certo demonstrare, idem ne vixerit in decidunt, nec lucem editus, an minus? Nihilo tamen secius non raro contingit, ut istis licet accurate observaris, causarum Patroni media inveniant, consiliis Medicorum interdum adjuti, infanticidas a promerito supplicio liberandi, in dubium illa vocando, aut etiam meretrices ipsæ' pertinaciter in ipfa tortura omnia negando, judicium eludant. Hoc ut patescar, adducam duo exempla a nobis obser-

Mittebatur ad Facultatem nostram observata. An. MD. CCXXIII. casus decidendus, ubi Medicus secans ex signis perfectionis, in infante reperto observatis, ex partu facili, absque auxilio, foeminæ primiparæ triginta annorum, ex funiculi umbilicalis colore ac firmitate, ac ex innatatione pulmonis super aquas constanti, eundem vixisse pronunciaverar, atque ex constrictione funiculi circa collum, extravalatione Sanguinis spumosi intra cavum pectoris non tantum, sed etiam ex strepitu ossium cranii ab attactu levi edito, sugillationibus meningum atque collectione sanguinis sub iisdem, statuerat, infantem hunc partim suffocatione, partim violentia capiti illata periisse. Consuluerat defensor Medicum lalium, qui multa ratione sectionis, non a Medico, sed a Chirurgo, præsente quidem Medico administratæ, desiderabat, vitam & respirationem aliqualem foetus in partus viis non omnino negabat, sed suffocationem strangulationi, a funiculo circa collum ducto, fecundinis in utero adhuc cohaerente, factæ adscribebat, eique etiam extravafationem fanguinis sub cranio & in thoracis cavitate tribuebat, Sed respondebatur

tur a Facultate nostra: strangulationem infantis constrictione colli per funiculum in partu fieri quidem potuisse, sed extravasariones istas nullarenus huic adjudicari posse, potius injuriam capiti illatam evincere; utrum aurem hæc culpa matris, aut alus de causis facta sit, ex depositione Medici certo concludi non posse, inprimis quia ratione lectionis varii defectus annotati fuerant. Atque sic inquisita a poena ordinaria liberata fuit. Sic ante aliquod tempus dissecuimus infantem. talem, ex furtiva venere a foemina vidua, feptem antehac liberorum in legitimo matrimonio matre facta, conceptum, & clanculum edirum, quem illa mortuum natum affirmabat. In sectione au. tem in corpufculo multas fugillationes, funiculum umbilicalem difruptum, faeces alvinas copiosas in linteo foetum involvente, vasa sanguifera omnia, ut & ipsum cor adeo fanguine vacua, ac fi aqua elora fuiffent, ne tinctura quidem fanguinis residua, pulmonem autem dilatatum ac distentum, perpetuo aquæ innatentem inveniebamus, adeoque infantem vivum in lucem editum, ac parrim hæmorrhagia per umbilicum non deligadeligatum, partim suffocatione interemtum, pronunciabamus. An vero plura, aut certiora, quælo, dari possunt signa, infantis vitam extra uterum evincentia? cum mortuus nec alvum deponere, nec hæmorrhægiam pati possit. At enim vero inquisita, ipsam torturani perpessa, inter tormenta, foetum mortuum prodiisse, pertinaciter sustinuit, atque sic vitam servavit.

cour indire probablier, edicharan

horne puricipes is redden

Thesis XI.

man of the same

Jullatenus nos personis istis miserabilibus Conelufe. vitam fervatam invidemus, potius vicem earundem dolemus, quia illam conscientiæ vulneratæ aculeis turbatam, tormen-D 2

tis corporis atrocissimis morteque ipsa, deteriorem esse novimus, certumque est, easdem
si reæ suerint, vindictam divinam essugere
nullo pacto posse. Istorum tamen loco esse nolumus, qui iniquis stratagematibus frivolisque artibus, factis facinorosis colorem
quærunt, noxias justitiæ manibus eripiunt
ac essiciendo, ut fanguis innocentissimus inulte profundatur, delictorum
horum participes se reddunt.

TANTVM.



NOBILISSIMO DOCTISSIMOQVE ARTIS SALVTARIS

CANDIDATO

S. P. D.

JOHANN. GOTHOFREDVS de BERGER.

Polichre res tua procedunt. Suscipis Medicina Studium, aliis jam literis, elegantibusque, cultus. Doctores deligis probos, ac, me potissimum duce, totum Artis salutaris spatium emetiris. Exploras cupidissime, quicquid veterum est, novorumque, inventorum, quibus fundus medicus instruatur. Disputando, in eruditorum circulis, acuis ingenium & acumen ostendis. Sedomnia

omnium rerum agendarum primordia, a Cultu Numinis capis. Hoc fundas labores tuos, moderaris, adjuvas, & rectissime fortunas. Doctrinam temperantia, modestiaque singulari exornas. Sic Te gerendo, optimo cuique majorem in modum Te commendas, Ordini maxime nostro, qui Te Laurea Medica omnino dignum censet. Hanc cape latus & multis conjunge cum decoribus, que tua Tibi virtus ac scientia spondent. Equidem Amplissimo Patri, ac Nobilissima Familia, novum, certum que ornamentum, gratulor, gavisurus, si tantum abs Te in posterum diligar, quantum Te amavi semper atque amabo.



NOBILISSIMO ATQVE CLARISSIMO

CANDIDATO

S. P. D.

PRAESES.

holder at houself to the factor

eno victor a motal interpolarance of enoise Cras

bus traces Tim backs appli

PRaclaram ingenii Iui indolem, vita integritati morumque suavitati junctam, non demum hodie aut nudius quintus cognovi, sed a totidem annis eam ministration probasti. Teque hoc omnibus commendasti. Per totum illud tempus, quo Arti salutari in hac Academia operam dedisti, omnes intendisti nervos, ut solidam doctrinarum Medicarum scientiam Tibi comparares, nihilque pratermitteres eorum, quae ad formandum Medicum necessaria duceres. Optimos hac in re Doctores atque Ductores studio assiduo secutus & prosecu-

tus es, exercitiis Botanicis, Anatomicis & Chimicis, & qua sunt alia, nunquam non interfuisti sedulus spectator, in publicis quoque congressibus subsetlia disputantium iterato occupasti, spartamque Tibi commissam ornasti. In Examine, quod Candidatis est solenne, expectationi omnium egregie fecisti satis, eoque effecisti, ut summi in Arte salutari bos nores ab Ordine nostro Tibi decernerentur. Omnibus itaque Iibi hodie applaudentibus, ego inter gratulantes postremus esse nolo. Grafulor Tibs de specimine, quod mecum una Cathedram ascendendo, nunc is editum. Gratulor Parenti Consultissimo de tali Filio. Quod superest fausta quavis Tibi ex animo apprecor, & eventura auguror. Vale. Dabam x Museo d. XIX. April. A. S. MDCCXXXV.

到短 (o) 到短